MONUMENTA
GERMANIAE

Sequenti anno deposuit II cardinales de Columpna.
Et sanctum Ludwycum regem Francie ascripsit
cathologo sanctorum. Eodem anno fecit publicari
VI.um Hic fecit inter alios cardinalem fratrem Ni-
colaum fratrem Predicatorum, qui post eum
papa fuit. Et fratrem Gentilem magistrum in
theologia. Et fratrem Jacobum, nepotem suum
ordinis Minorum. Et fratrem Iohannem de
Murro generalem eiusdem ordinis et Petrum
Yspanum. MCCC dedit plenam indulgenciam
omnium peccatorum visitantibus[a] ipso anno
limina apostolorum Petri et Pauli et futu-
ris[b] temporibus omni centesimo anno con-
cessit. MCCCIII. post ortam simultatem cum
rege Francie Anagnie ubi putabat esse securior
a familiaribus proditus capitur in vigilia ~~natalis~~ nativitatis[c]
beate virginis. Sciens autem adversariorum in-
gressum, quorum vexilifer fuit Gwylhelmus de Nu-
gareto[d], pontificalibus indui voluit tenens in
manibus crucifixum. Die autem III a populo
vi armorum redemptus est. Post paucos dies
Romam venit ad sanctum Petrum et XXXV. dies
a sua capcione decessit ex tremore cordis.
Et ab omni superveniente putabatur capi
et ideo in eorum oculos et facies manus mit-
tere cupiebat. Benedictus na(cione) Trivisinus[e]
se(dit) m(enses) VIII, d(ies) XVII. c(essavit) (episcopatus)

a) visi bus c

b) futis der Strich über ti ~~rad~~ halb a u radiert.
am Rande corr. futis

c) ~~ntis c~~
ntis C

d) Nugareto C.

e) T'uisin' C.